

XLIII

igitur formidat imbecillis animus xpiani
cui tot deus contulit psidia potestatis. Ad
pauca igitur repentino terrore irruentes co-
tra te impiorum potestates. cum talium mili-
tium presidio sic munitus. vnderone po-
tentie dic. Psal. Benedicite dominum omnes
angeli eius potentes virtutes etc. Tercio quo-
ad virtutem expeditivam. sunt virtutes qui-
bus datum est posse super omnia difficilia ad
divinum misterium pertinencia. et ideo eis at-
tribuitur mirabilia operari. Et ideo dicit
dominus quod habent deiformem motum firmiter
sentientem insuper substantialiter et potentiam
dei virtutem. Nam licet impiorum virtus
maius divini virtuti comparata. non tamen in-
firma est ab eadem per gratiam firmata. pro-
pter quod dicit psal. Bene. do. om. virt. ei
us mi. eius q. fa. vo. eius. et ordinatur hi
ordines secundum maiorem dignitatem et mino-
rem. quod plus est resistere quam repugnare. et
repugnare quam per se operari posse. Et sic
prime sunt designationes quasi exercitus pre-
ceptores. scilicet de potestates quasi exercitus
bellatores. et tercie virtutes quasi exerci-
tus servatores. et in hoc apparet mirabilis
dei sapientia. que sicut cuncta disposuit. ut ni-
hil inordinatum relinquat. Unde quod dyabo-
lus in nobis post casum rationem seducit per
astutias virtute opprimat per violentias
et voluntatem allicit per blandicias. id ne
nobis contingat tribus ordinibus venit pro-
nos. i. Macha. v. ut sic non immerito do-
minus exercituum nuncupetur. ¶
Tercia hierarchia est ministrantium et horum
est necessaria habitudo ad nos qui babi-
tant in terra. et isti deputati sunt ad regi-
men speciale siue alicuius principis siue ali-
cuius gentis vel hominis. de quibus Hebre. j.
Omnes sunt administratorij spiritus in mini-
sterium missi. propter eos qui hereditate capi-
unt saloris. unde distinguit apostolus du-
plicem missionem. scilicet invisibilem que est an-
gelorum ad angelos et hec omnibus com-
perit etiam sublimioribus et missionem visi-
bilem que est angelorum ad homines. et hec

competit inferioribus. quibus proprie compe-
tit ministrare. de quibus Isa. xvij. Ite homi-
nes veloces ad gentem commulsam et dila-
ceratam ad populum terribilem etc. sed quam
hec hierarchia propriis officium ministeriale ha-
bet. sic quod triplex est ordo angelicus secundum quod
tripliciter contingit angelos ad regimen ali-
cuius deputari. Quia aut ordinati sunt ad
regimen alicuius principis. pro ut eum di-
rigunt in legibus siue gradibus presiden-
tie. et sic sunt principatus. Aut ad regimen
alicuius gentis aut multitudinis. pro ut eos
evidenter erudiant in moribus et sapien-
tia. et sic sunt archangeli. Aut ad regimen
alicuius hominis pro ut eum custodiunt in se-
mitis innocentie. et sic sunt angeli. patet
ergo ordo ad sufficientiam istorum quod plus est
presideri principi quam vni genti. et plus de-
putari ad custodiam multitudinis quam ad re-
gimen persone singularis. ¶

¶ Primo quidam ordinantur ad regimen pri-
cipum. pro ut eos dirigunt in gradibus pre-
sidentie. et sic sunt principatus quorum prop-
rium est principes in presidendo dirigere et
ordinare secundum dyonysium. et etiam secundum illud
Isaie. xxvij. Princeps ea que digna sunt
principi cogitabit. et ipse super duces sta-
bit. et vere. Nam que admodum ipsi in se or-
dinati sunt in quantum ad primum principum
reducuntur et ipsum quantum est possibile imi-
tantur. sic subditos sibi principes ordinant
et gradibus presidentie dirigendo refor-
mant. et hi designari possunt in angelo qui
apparuit ioseph principi exercitus domini. cui
cum diceret noster es an aduclario. re-
spondit Ioseph. v. Nequaquam. sed sum prin-
ceps exercitus domini. Secundo quidam ordinan-
tur ad regimen gentium pro ut eos instruunt
in moribus et sapientia. et hi sunt archangeli
quorum proprium est multitudini presidere si-
cut Michael qui olim fuit prelatus sina-
goge modo dicitur prelatus ecclesie. sicut dicit
dyonysius. et hoc est quod dicitur Eccl. xvij. In
vnaquamque gentem preposuit rectorem.
Glosa id est angelos. Istorum etiam officium